

Oratio de diuina
nro Sixto papa
do sacre theologie
ordinis Carmelit
tuitate domini.

Cum subleuasset
na venit ad eum:
manducant hij:

Admiranda ch
oculos subleuauit
splendidam / ab e
exquirat: sed quod
um de celo petenc
stra insuper singu
bet aliquid euda
tione: et si non exc
ne providentie co
mina ad Marian
eamq; vt mibi tre
angelicis verbis

Quam
sua p
ria: et que indies
cordem: et que in
Admiramur pati
um causa tan q; a
entes in partes v
et ad subtiliorem i
stini sententia fal
confectum: alij sci

00
01
02
03
04
05
06
07
08
09
10
11
12
13
14
15
16
17
18
19
20
21
22
23
24
25

65
vid. f. 208. b.
lino
ran
cri
Fla
mag
s vt
tem
naz
em
xili
ve
pre
ua
iui
lu
est:
um
tem
nefi
eri
ur.
nni
uri
cto:
agu
mu
ilicz
ang?

Oratio de diuina prouidentia in capella pape corā sanctissimo dño nro Sixto papa. iiii. et sacerrimo. R. Car. senatu habita a venerando sacre theologie baccalario formato fratre Petro Terrasse sacri ordinis Carmelitarum dominica. iiii. quadragesime. anno a Flatiuitate domini. Mcccclxxxiiij.

vid. f. 208. b.

Cum subleuasset Iesus oculos et vidisset quia multitudo magna venit ad eum: dixit ad Phillippum Unde ememus panes ut manducent hi? Jo. vi.

Admiranda christi pietas que in sequentem se multitudinem oculos subleuauit. B. p. R. domini ac patres ornatam concinnamque splendidam et ab optimo quouis oratore resonantem orationem exquirat: sed quod humano ingenio nec attingere possum: auxiliū de celo petendum dux: a quo omne donum perfectum est. vestra insuper singularis humanitas: firmiorem mihi animum prebet aliquid cuidam de hac oculorum Christi inscrutabili subleuatione: et si non excultum eloquio aut elaboratum industria diuine prouidentie conuenientissimum. Sed primum vestra queso lumina ad Mariam conuertite: que postulantibus se presto adest: eamque ut mihi tremulo ab alto celi domicilio opem ferat mecum angelicis verbis salutate: Aue.

Quam mirabili sapientissimus opifex deus hominem sua prouidentia regit cogitanti mihi: et collata beneficia: et que indices confert sese offerunt: quibus laudamus misericordem: et que infert mala: quibus pre sepe iustum admiramur. Admiramur patres amplissimi: quando a prima et summa omnium causa tanquam ab unico fonte diuersi effectus uti riuuli scaturientes in partes varias effluunt. Est cum diligenter rem tracto: et ad subtiliorem intellectum animum cogo: video: aut me Augustini sententia fallit quod medicamentum unius medici vna manu confectum: alij scilicet Nabuchodonosor ad remedium: alij scilicet

aug?

scilicet. nuncius. quidem dicitur quod vult deus quod quia dicitur quod sumus. quod vult deus deducitur a ceteris

scilicet. s. 1. 3. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.

Uerum quidam est ipse dicitur in principio omni quod vult deus quod quia dicitur quod sumus. quod vult deus deducitur a ceteris

scilicet. s. 1. 3. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.

Damasceus
de bonitate
scilicet. s. 1. 3. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10. 11. 12. 13. 14. 15. 16. 17. 18. 19. 20. 21. 22. 23. 24. 25. 26. 27. 28. 29. 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36. 37. 38. 39. 40. 41. 42. 43. 44. 45. 46. 47. 48. 49. 50. 51. 52. 53. 54. 55. 56. 57. 58. 59. 60. 61. 62. 63. 64. 65. 66. 67. 68. 69. 70. 71. 72. 73. 74. 75. 76. 77. 78. 79. 80. 81. 82. 83. 84. 85. 86. 87. 88. 89. 90. 91. 92. 93. 94. 95. 96. 97. 98. 99. 100.

Pharaoni ad interitum valuit. Quippe quia si diuinam definiamus providentiam quod primum faciendum censeo vt sciamus quid id sit de quo agimus, intelligemus aut Damasceno: quod est dei voluntas: propter quam omnia que sunt: convenientem deductionem suscipiunt: aut ab Augustino: quod est lex eterna incommutabiliter manens: que omnia mutabilia pulcherrima gubernatione moderatur. Nec solum ipsi homini providet elargiendo bona malaque inferendo: ne eum aut immoderata prosperitas leuet aut nimia aduersitas deprimat: verum ceteris creatis et homine inferioribus: substantia bonitatem imprimendo. Sic dictum Seneseos intelligimus Vidit deus cuncta que fecerat et erant valde bona bonitate: quam secundum substantiam vocant. Nam bonum quod rebus creatis finitum impressit: diuus Thomas ceterique theologi: bifariam partiti sunt: vt primum bonum substantie: tum alterum bonum ordinis dicant. Nec profecto liberalitatis quicquam vel saltem parum beneficentissimus in nos deus contulisset etiam si creauit omnia secundam substantiam bona: si ex his non bonus subsequetur finis: ea re: excellentissimo hoc ordinis bono: que creata sunt in optimum finem ordinavit res primum ipse disponens: ordinisque executionem rebus creatis relinquens. Nam quis vestrum est. p. qui neget quibusdam secundis causis virtutem producendi quosdam effectus dedisse deum? Quis qui non intelligat rationem omnium que fiunt: ordinemque illorum effectuum: eundem ipsum diuino suo intellectu prehabuisse? Quis non affirmet non solum res: sed rerum ordinem in finem esse sub diuina providentia? O admirabilem providentiam: que providens omnibus: non omnibus euestigio providere visa es. O incomprehensibile dei archanum: qui inferiora superioribus tanquam medijs accomodatissimis diuine providentie gubernas. O virtutem indeficientem: que in communicando causalitatem etiam creaturis: tue bonitatis abundantia maxime clares. Hoc certe verum fatebor quicquid sit: quo ordine: quo mo

32

do. quando: ubi: clarissimum dei intellectum intelligere: theolo-
 gica veritate affirmare ausim: nec quicquam est: quod a dei provi-
 dentia alienum putandum sit. Magna mihi memorandi copia
 foret: nisi me longius oratio distraberet: eorum qui divinam pro-
 videntiam negantes: omnia mortalium facta: alij fortune: alij ca-
 sui ascripserunt. Quis vero sane mentis homo existimet inferio-
 ra que oculis cernimus regi fato: hac nominis descriptione intel-
 ligendo vel influentiam planetarum: vel celestium corporum:
 Hoc errore plerique ducti definiunt: nec sane quidem: ea ipsa ab
 his pendeant tanquam a necessaria causa sit necesse. Quos Aureli-
 us Augustinus libro de civitate dei acutissime convincit: cuius
 verba hec sunt: Proxus divina providentia regna constituuntur
 humana: que si propterea quisquam fato tribuit: quod ipsam dei volun-
 tatem vel potestatem fati nomine appellat: sententiam teneat:
 linguam corrigat. Cur enim hoc non primum dicit quod postea
 dicturus est cum ab illo quisquam quesierit: quid dixerit fatum:
 Nam id homines quando audiunt vitata loquendi consuetudi-
 ne non intelligunt: nisi vim positionis syderum qualis est quan-
 do quis nascitur: siue concipitur: quod aliqui a dei voluntate ali-
 enant: aliqui etiam ex illa: hec pendere confirmant: Sed illi qui
 sine dei voluntate decernere opinantur sydera qualis quisque sit:
 id bonorum habeamus malorumque patiamur: ab auribus omni-
 um repellendi sunt: non solum qui veram religionem teneant:
 sed qui deorum qualiumcumque volunt esse cultores. Nec enim o-
 pinio quid agit aliud: nisi ut nullus omnino colatur aut roge-
 tur deus: Et paulo post. Quale deinde iudicium de hominum
 factis deo relinquitur: quibus celestis necessitas adhibetur: cum
 dominus ille sit et syderum et hominum: Et obicientibus: non
 nullos vera multa respondere: facilius est responsio. Hoc fiat eo-
 dem Augustino Teste instinctu Spirituum non bonorum: quo-
 rum cura est:

*tulij refert li. i.
 de nat. deor. la*

*Influentia celestium
 no fatu*

aug?

fatus qd symp?

*argu. tulij li.
 sup.*

falsas & noxias opiniones de astralibus fatis: inferere humanis
mentibus atq; firmare. Accedamus ad eos nunc: qui asserunt in
feriora omnia: fortune imperio regi atq; dispositioni: eosq; ite-
rum cum Augustino omnium acutissimo: paucissimis refella-
mus. Si fortuna dea putatur & colitur: certe omnes deos vtriuf-
q; sexus: & si sexum non habent non nisi bonos existimare debe-
mus. Hoc Plato docuit: hoc alij philosophi: hoc excellentes repu-
blice populorumq; rectores. Sed quomodo queso dea fortuna: ali-
quando bona est: aliquando mala? An forte quando mala est:
dea non: verum in malignum demonem repente conuertitur. Sz
missa istaec faciamus: Introducamus paululum Aristote. intel-
ligemusq; luce meridiana clarius: fortunam causam esse per acci-
dens in agentibus scdm propositum. Tunc non longe aberunt
veri sapientesq; theologi. Thomas Angelicus. Seraphicus. Bo-
nauentura. dicentes. Tam etsi est aliquid aut a casu: aut a fortu-
na: respectu agentis particularis vtpote particularis nature & in-
tellectus creati: nihil tamen respectu prouidentie dei: a quo om-
nia & preuisa sunt & ordinata: Illos autem qui dei prouidentiam
circa inferiora & hominum facta nulla esse contendunt sed sic om-
nia euenire: currere vlla sine prouidentia regulante: suo mucrone
trassigemus. Hic error vt alij pene innumerabiles a democrito
tanq; a fonte perniciosissimus scaturit: qui omnia casu submittit:
& diuinam prouidentiam aufert: quem secutus epicurus: deum
quidem vnum esse dixit: qz necesse sit esse aliquid in mundo pre-
stans: extremum: beatum: prouidentiam tamen nullam: itaq; mu-
dum ipsum nec ratione vlla: nec arte: nec fabrica instructum: sed
naturam reruz quibusdam minutis seminibus & inseparabilib; co-
globatam: quo repugnantius nihil dici potuisse. Firmianus la-
ctantius ratiocinatus est. Etenim si deus est vtriq; prouidens est vt de-
us: nec aliter ei potest diuinitas attribui: nisi & preterita teneat:
& pntia sciat: et futura pspiciat. Cu igit prouidentia substulit: eti-
am deum negauit esse. Cum autem deum esse professus est: & pro-
uidentiam simul esse concessit: alterum enim sine altero: nec esse

Fortuna. dea

Augustinus

1. 2. 9.

et sic dea vna
tam hinc

Democritus

Latius in talio v
S. Attomib.

pro. 126

negam hunc
festo sic hinc
finc pmi hinc
deus

Jacobus

profus nec intelligi potest. Divinus sententiae confirmator est no-
 ster tam repetitus Thomas: qui ea summa quam ingentiles co-
 fecit: ait: fuisse possibile nunquam: aliqua nec finem quidem cogno-
 scentia: et propter finem operari: et in ipsum recto ordine perueni-
 re: nisi mota ab aliquo finis cognitionem habente: omnia vero
 naturalia corpora: moveri atque operari propter finem: tam etsi il-
 lum non agnoscunt nemo ambigit: tota ergo nature operatio ab
 aliqua cognitione ordinetur fatendum est. Sed ut obmittam
 theologorum testimonia de divina providentia: quis sacros ca-
 nones inficiabitur unquam? Audite patres sapientissimus Salomo-
 nem in suo sapientie libro. Tu autem sapientia tua gubernas om-
 nia. Audite in ecclesiastico. Ne dicas coram angelo tuo non est p-
 rovidentia. Audite inuincibile dictum christi: qui moderatam de
 deo diffidentium sollicitudinem reprehendens: ostendit quanta
 ipse providentia decorat terram floribus: pascitque aves et volu-
 cres celi: facileque eorum soluitur argumentatio qui et cum vate
 Malachia de immutabilitate: et cum Jacobo Apostolo de nulla
 dei transmutatione arguunt: ut quia omnibus providit: ab om-
 ni virtutis opere sit cessandum: nam quibus divina providentia
 bona elargiri: et bona illis evenire: quibus autem mala impartiri
 mala illis eveniant sit necesse. Longe hiis quam prophete quam doctores
 aliter sentiunt. Legite in Ezechiele. Justitia iusti non liberabit
 eum in quacumque die peccaverit: et impietas impij non nocebit ei
 in quacumque die conversus fuerit. Divinus rei causam de pe. di. i.
 scriptam legimus. Quia novit deus mutare sententiam: si nove-
 rimus emundare delictum. Aristote. autem philosophus: et item ipse
 metaphisicus: deum scripsit immobilem omniaque moventem:
 quod altius perscrutatus seraphicus Bonavent. eandem divine
 essentie et recte quidem immutabilitate concessit. Non enim mu-
 tatur loco: quia ubique: Non tempore: quia simul eternitas. Non
 forma: quia pure actus est. Equidem mutationem secundum for-
 mam simplicitas: secundum tempus: eternitas: secundum locum immensi-
 tas tollit: et ea restabilem summe deum totiusque motus causam fa-

S. 150.

3. 9. c. 78
et 76

ex sauy

supra. 14.
et 25.

math. 6

c. 2

vide supra J. de
civ. s. ii. que
sunt in vobis
om. s. h. 17.

c. 33

de p. a. de. i. c

Jacobi

na doctrina intelligimus. Quippe sine sui mutatione produxit
in tempore mundum: sine sui mutatione carnem nostram assum-
psit: sine sui mutatione virtutibus illustres: gloriosos fieri vult at-
que beatos: et eosdem post ignavos effectos: miseros efficit atque ca-
lamitosos. Namque divina hoc providentia: nedum quod effectus eve-
niant: sed quibus et causis: quo ve ordine principio disposuit: hu-
manis vero actibus uti secundis causis: ex effectibus nonnullos
relinquit: nec propterea defectus virtutis arguendus in deo: sed
magis sue bonitatis abundantia laudibus extollenda est. Non
nulla plerique agunt fateor: nec per humanos eorum actus divi-
nam providentiam ac dispositionem immutant: sed implent quos
providentissima dei maiestas illo ordine eventuros effectus dis-
posuit: magis ac magis fateor: quod unico in naturalibus causis
exemplo monstrabo: Neque enim qui plantat est aliquid: neque qui ri-
gat: sed qui incrementum dat deus. Quomodo autem incremen-
tum dat deus: si aut non plantat: aut non seminat homo? Sed
quoniam seropulosis locis enavigavit oratio: et inter causas spu-
ritas fluctibus cautes: fragilis in altum cymba processit: panden-
da sunt vela ventis: et cursitando: ut aiunt ad mare galilee quod
est tyberiadis proveniendum est: Audistis patres: certus sum au-
distis huius sacrosancti apostolici senatus diaconem cantantem
abisse Jesum transmare galilee: et ob eius virtutes et opera divi-
na: cum magna illum multitudo sequeretur: ac fame populus la-
boraret. Cum subleuasset oculos vidissetque multitudinem: eam quam
misericordissime satiauit. Quid hac providentia mirabilius: que
multitudini nullos secum cibos gestanti: in solitudine ne dum
ad sufficientiam. verum ad superabundantiam providit? Quid
divinius quam non eum omnes una intentione secutos: ab uno sa-
cri pectoris armario sumere cibum? Quidam quoniam infirmi
ut curarentur sequebantur: hos non solum corpore: sed etiam ani-
ma curavit: ut totum hominem sanum faceret. Quidam ut cibum
sumerent: quia pauperes: quos a deo satiauit: ut tanquam nihil ha-
bentes omnia possiderent. Quidam ut viderent: quia curiosi: bis 3

9. v. 1. cor. 1.
9. *Agro*
Evangelium

eumychem

solum Jone signum dedit. ⁴ Quidam ut detraberent: ut scribe et
 pharisei: quibus sanam usque adeo doctrinam predicavit: ut nec
 eum capere possent in sermone. Quidam ut adiscerent: ut discipu-
 li: istos post verba sanctitatis ac totius sapientie edoctos: miracu-
 lis inuincibiles effecit. Hos omnes qui numero quasi quinque mi-
 lia discubuerunt mulieribus paruulisque exceptis: et quinque ordea
 ceis panibus piscibusque duobus: ad saturitatem expleuit: duode-
 cim insuper cophinis residuis fragminibus impletis. Sed pau-
 cis rei ordinem videamus. Philippum verbis primus aggressus
 est: ut et rudiozem doceret: et miraculum edoctus alijs predicaret:
 nec aliam ob causam a philippo unde panes emeret est sciscita-
 tus: ipse enim ait Johannes sciebat quid esset facturus ut deus
 qui ab eterno omnia nouit: Ut homo qui ab instanti conceptio-
 nis plenitudinem scientie habuit: et demum puer vnus qui illic
 aderat: de quo Andreas frater Simonis petri panes illos pisci-
 culosque obtulit. Cur obtulit patres? Certe ut quod sciebat chri-
 stus: mirabili ordine impleretur: sic ineffabilis prouidentia dei
 prouiderat: ut puer illic adesset: panes: pisces offerret: Chri-
 stus manibus acciperet: Panem minutatim frangeret: Car-
 nem piscium comminueret: utraq; in manibus eius auge-
 rentur: sic turbam super fenem discumbentem famelicam refi-
 ceret. Superest quoniam tempus meas castigat moras: et satis
 ostensum puto omnia diuina prouidentia regi: difficillime epicu-
 reorum questioni respondeamus quod postremum est nostre ora-
 tionis. Si omnia e diuina prouidentia veniunt: cur mala non e
 medio tollit? que res quoniam pulcerrima mihi visa est: non est
 silentio pretereunda: et eo maxime: quod vos non preterit: plerosque
 hac formi dolosa questione plurimum perturbari solere. que ta-
 men clarissimorum doctorum sententijs facile soluitur. Firmia-
 nus lactantius deum bona et mala proposuisse homini voluit:
 quia sapientiam simul dedit: cuius omnis ratio in discernendis
 bonis et malis posita est. Non potest enim quisquam eligere melio-
 ra ac scire quid sit bonum: nisi sciat etiam reiicere ac vitare que

4
 5
 p. 5. m. l. a. ex
 ceptis

tey

q. exi. a. n.
 mala aut no tollat
 e medio

lat. ay. 4. 7.
 C. 8. v. 4.
 pag. 539. fine

mala sunt inuicem enim sibi alterutrum connera sunt: vt sublat
to alterutro: vtrumq; sit tolli necesse. Propositis igitur bonis ma
lisq; cum demum opus suum peragit sapientia bonum appetit
ad vtilitatem: malum reicit ad salutem. Accedit ad hoc q; ideo
mala non substulit: vt ex malis bona eligeret: et illius sapientissi
mi artificis in eligendo ex malis bona sapientiam etiam atq;
etiam demiraremur: sic ex Luciferi casu: hominis creationem: et
hominis peccato: eterni verbi incarnationem: exinde perpetrato
proditionis facinore commune redemptionis bonum eligit: et
hoc addere dignum mihi et singulare videtur: ideo mala dei pro
uidentiam non substulisse: sed duplicem proposuisse homini viam
alteram virtutum alteram viciorum: vt virtutibus adherendo:
viciaq; detestando: duabus vijs ad paradisi patriam homo ipse
omnium bonorum refertissimam meritis: gloriosus proveniret.
Enimvero per tot varios casus: per tot discrimina rerum nos be
atorum omnium fieri vult concives ac contubernales. Deu beu
amplissimi patres: quis talia fando explicet: aut possit lacrimis
equare dolores? Dedit dei providentia homini penitentiam se
cundam tabular post naufragium. Aperuit salutis portum: Vult
omnes homines saluos fieri voluntate antecedente. Non omnes
salvi fiunt voluntate consequente. Quid Jesus transmare gali
lee abiit: nisi quod ipse exemplo nos opere compleamus? Prius
est nobis enavigandum huius mundi mare: prius nauali bello
id est penitentis luctandum: si tranquillissimi paradisi portus
nobis aditus pateat optamus? Nam quis athleta sine laboribus
coronatur? et quis non coronatur? qui legitime certauerit? Hoc
hodie prespicuum intuemur: quando post obseruationem et cor
poralis ieiunii a cibis et spiritualis a peccatis singularis nobis
dei providentia leticiam exultationem saturitatem ab vberibus
consolationis nostre publicetur cum ait. Letare Hierusalem et
conuentum facite omnes qui diligitis dominum diligitis do
minum: gaudete in leticia qui in tristitia fuistis: vt exultetis et
satiemini ab vberibus consolationis vestre. Hoc idem in duo

2^a

3^a

primus deus

1. libro. 2

secundus.

Introducat
mille

psal. 4

bus Abrabe filijs: quorum vnus de ancilla que dicebatur Agar
 secundum carnem natus Ismael Alter de Sarra libera scdm pro
 missionem natus Isaac: que per allegoriam dicta sunt. Inueni
 mus enim Augustino Teste interrena Ciuitate duas formas:
 quas ego duas vias appello: Vnam terrene ciuitatis scilicet vi
 ciorum: que homines parit peccato viciata natura. Alteram cele
 stis scilicet virtutum: que ciues parit a peccato naturam liberās
 gratia: que solis penitentie armigeris datur: ac mentis oculo su
 pernam Hierusalem: que libera non syna qui mons est in arabia
 cum filijs suis seruiens inspicientibus. Hoc idem iterum repeto
 prespicuum intuemur in rosa Beatissime pater: quam tuis in ma
 nibus leti inspicimus: vt post frequentes lachrymas: post quotti
 dianos gemitus: post celo oculos inherentes: post deformia vai
 rijs abstinentijs membra: nos rosa reficiat auro: musco et balsa
 mo plena: Nec fuit olin o patres maiorum nostrorum prestantia
 hec virtus: hec gloria: testimonium conscientie sue: Credite mi
 hi: credite mihi: non est cur amplius diferatis arma penitentie
 sumere: Nam tam etli sero peracta hominem saluat: interdum pe
 riculosa est: Si fidem in qua baptizati estis retinere: si corpora: si
 animas saluas: si rose fragrantissimo odore refici cupitis: bellum
 mihi credite: bellum geratis oportet. Truculentissimus prius
 hostis fugandus et nostris finibus pellendus est: Quid pedem
 retrabimus? Imperator armatus campum primus ingressus est
 hostem prostrauit: montes conscendit: maria transegit: et nos for
 te sine sudoribus maximos fructus solidas atq; incorruptas volu
 ptates capiemus. Apud vos orationem habeo patres: et in ea vr
 be: in qua quod veteres Romani publicis sanxerunt legibus: ocu
 lis aspicitis: vt hij: q vel domitis hostibus: vel suis exercitibus:
 vel prouincijs subactis: victrici gloria in patriam redibant: post
 felices triumphos quibus quasi dij immortales honore publico
 efferbantur: sculpte imagines ponerentur pro rostris: et arcus
 triumphales deniq; construxerunt: quibus eorum nomina sempi
 terna laude omnibus deinceps posteris paterent et egregijs titu

15. de ciu. c.

rosa pps 9^o
die datur 5^o
modo

psal. sumi da
sera pps 2^o
culsa

ad eos

triumphus
qui datur

1. cor. 2

pc.